1474

Noverint universi Quod Nos Andreas terragona presbiter beneficiatus in ecclesia beate Marie de mari barchinone procurator ad infrascripta et alia etiam cum libera et generali administratione legittime constitutus et ordinatus ab honorabili et provido viro dno bernardo guasch canonico et archidiacono
bastenensis in ecclesia barchinone prout de ipsa generali administratione constat instrumento inde recepto et confirmato apud Johannem farer notarium publicum barchinone infrascriptum die quintadecima mensis februarii anno a nativitate dni Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo et Petrus
dolzinelles mercator bille Calidarum de montebovino succedens certis titulis in hereditate et bonis Raymundi de arnerio quondam dicte bille Calidarum Grat et expressa scientia per dictum dnum bernardum guasch archidiaconum predictum principale mei dicti Andree terragona et successores suos in dicto
archidiaconatu et pro me dictum petrum dolzinells et successores meos Laudamus et approbamus ratificamus et confirmabimus vobis Anthonio berdaguer dicte bille Calidarum de montebovino et vestris et quibus volueritis perpetuo vestris tamen consimilibus et vestrorum censualia sive census
subscripta quos vos habetis et recipitis et habere et recipere consuevistis predecessoresque vestri longissimis retro temporibus habuerunt et receperunt emphiteoteque et censuatarii infrascripti vobis et proprietatibus subscriptis faciunt et prestant et facere et prestare tenentur anno
quolibet terminis inferius mencionatis Et primo totum illud censuale sive censum trium solidorum monete barchinonensis de terno cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum quem Joannes strada peratur dicte bille Calidarum vobis facit et prestat pro quadam pecia
terre quam possidet in termino dicte bille In loco vocato la fabrega Et tenet per vos ad dictum censum trium solidorum anno quolibet solvendorum in festo sancti Michaelis mensis Septembris Prout terminatur ab oriente In honore bernardi lobet A meridie in alia tenedone dicti Joannis strada
ab occidente in quodam camino per quem itur ad dictam billam ad molendinum petri [illegible] Item totum illud aliud censuale sive censum duorum solidorum [illegible] Joannes strada vobis [illegible]
et prestat pro quadam alia pecia terre sita in dicto loco quam tenet per vos ad dictum censum duorum solidorum anno quolibet predicto festo sancti Michaelis solvendorum Prout terminatur ab oriente in honore Guillermi plans a meridie et a circio in dicta honore dicti Johannis strada ab occidente
in dicto camino quo itur ad predictum molendinum Item totum illud aliud censuale sive censum duodecim denariorum predicte monete cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure eorundem quem dicta Joanna filia et heres bernardi lobet quondam dicte bille vobis facit et prestat pro quadam honore sita
in dicto loco vocato La fabrega Et tenet per vos ad dictum censum duodecim denariorum anno quolibet predicto festo sancti Michaelis solvendorum Prout terminatur ab oriente in honore Guillermi prat quondam a meridie In honore Guillermi plans ab occidente In honore dicti Joannis strada et
a circio In honore que fuit Raffaelis borras quondam Item totum illud aliud censuale sive censum decem solidorum cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum que Guillermus plas dicte bille vobis facit et prestat pro quadam pecia terre sita in dicto loco vocato la fabrega Et tenet
per vos ad dictum censum decem solidorum anno quolibet predicto festo solvendorum Prout terminatur ab oriente et a meridie In quodam honore Joannis pujades ab occidente in honore Antonii strada textoris et a circio in honore dne Joanne filie bernardi lobet Item totum illud aliud
censuale sive censum trium solidorum cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum quem Joannes pujades dicte bille vobis facit et prestat pro quadam pecia terre sita in eodem loco dicto La fabrega Et tenet per vos ad dictum censum trium solidorum anno quolibet solvendorum
in dicto festo sancti Michaelis Prout terminatur ab oriente in quodam rego mulnar qui ibi discurrit A meridie in quodam honore mansi dela fabrega ab occidente in riaria que ibi discurrit et a circio in quodam honore dicti Antonii strada Item totum illud aliud censuale
sive censum sex solidorum predicte monete cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum quem dicti Antonius strada et Joannes strada predicte bille vobis faciunt et prestant pro quadam pecia terre sita in dicto loco Et tenent per vos ad dictum censum sex solidorum anno
quolibet solvendorum in dicto festo sancti Michaelis Prout terminatur ab oriente In honore dicti Guillermi plans a meridie cum quadam pecia terre dicti mansi dela fabrega ab occidente In honore heredis bernardi balls quondam dicto rego mediante et a circio In honore predicti Joannis strada Item totum illud
aliud censuale sive censum duorum solidorum dicte monete cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum quem Petrus sentpera dicte bille vobis facit et prestat pro quadam pecia terre sita in [illegible] loco vocato afuya Et tenet per vos ad dictum censum duorum solidorum anno quolibet predicto festo solvendorum
Prout terminatur ab oriente In tenedone heredum Antonii casaldars quondam a meridie In honore Antonii de ribafort ab occidente In honore Marie dorinsa et a circio In honore heredum petri balls Item totum illud aliud censuale sive censum sex denariorum cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum quem Jacobus
tesqual dicte bille vobis facit et prestat ratione cuiusdam pecie terre site in predicto loco vocato ala fabrega Et tenet per vos ad dictum censum sex denariorum anno quolibet predicto festo solvendorum Prout terminatur ab oriente In honore dicte Joanne filie bernardi lobet A meridie In honore Joannis strada ab occidente
in quodam itinere ibi transeunte et a circio in quodam honore Raphaelis borras quondam Item totum illud aliud censuale sive censum duorum solidorum cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum que Gabriel pujol dicte bille vobis facit et prestat pro quadam pecia terre in eodem loco
afuya sita quam tenet per vos ad dictum censum duorum solidorum anno quolibet predicto festo sancti Michaelis solvendorum Prout terminatur ab oriente in quodam torrente ibi discurrente A meridie in honore heredum Antonii casaldars partim et partim in una bineata ab occidente in hono-
re dicti Petri sentpa et a circio in honore petri sentyre qui fuit petri balls Item totum illud aliud censuale sive censum duorum solidorum cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum que Matias dorinsa predicte bille vobis facit et prestat pro quadam pecia terre sita in predicto loco
vocato afuya Et tenet per vos ad dictum censum duorum solidorum anno quolibet predicto festo sancti Michaelis solvendorum Prout terminatur ab oriente in honore dicti petri sentpa a meridie in honore Antonii de ribafort ab occidente in honore Joannis Lunes et a circio in honore francisci canyells
Item totum illud aliud censuale sive censum trium solidorum cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum que Anthonius ribafort dicte bille vobis facit et prestat pro quadam pecia terre sita in dicto loco vocato afuya Et tenet per vos ad dictum censum trium solidorum anno quolibet solvendorum in predicto
festo sancti Michaelis Prout terminatur ab oriente et a meridie in honore Antonii tristany ab occidente in quodam itinere ibi transeunte et a circio in tenedone dicti petri sentpa Item totum illud aliud censuale sive censum duorum solidorum cum toto dominio firma fatica et alio quolibet
iure eorundem quem bernardus Joannis dicte bille vobis facit et prestat pro quadam pecia terre sita in dicto loco vocato afuya Et tenet per vos ad dictum censum duorum solidorum anno quolibet predicto festo sancti Michaelis solvendorum Et terminatur ab oriente in honore Jacobi stelsana a meridie in torrente
qui ibi discurrit ab occidente in honore vn Guillermi duran et a circio cum camino vocato del salamo Item totum illud aliud censuale sive censum decem octo denariorum predicte monete cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum quem dna Yolans vidua Joannis serra quondam vobis facit et prestat pro quadam
pecia terre sita in dicto loco vocato afuya Et tenet per vos ad dictum censum decem octo denariorum anno quolibet predicto festo solvendorum Prout terminatur ab oriente in torrente vocato del salamo a meridie in honore heredum Nicolay lobet ab occidente in quodam podio vocato dela olineda et a circio in honore
Joannis castell Item totum illud aliud censuale sive censum duorum solidorum dicte monete cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure eorundem que heredes seu successores Jacobi binez vobis faciunt et prestant ratione cuiusdam pecie terre site in predicto loco afuya quam tenet per vos ad dictum censum
duorum solidorum anno quolibet predicto festo solvendorum Prout terminatur ab oriente in honore heredis Guillermi bidal a meridie in quodam torrente ab occidente In honore dicti Petri sentpa et a circio in honore Gabrielis pujol Item totum illud aliud censuale sive censum aliorum duorum solidorum
predicte monete cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum que heres Antonii casaldars vobis facit et prestat pro quadam pecia terre sita in eodem loco vocato afuya Et tenet per vos ad dictum censum duorum solidorum anno quolibet solvendorum in predicto festo sancti Michaelis Prout terminatur
ab oriente in dicta riaria a meridie In honore Antonii tristany ab occidente in honore dicti Jacobi binez et a circio in alia honore dictorum heredum dicti casaldars Item totum illud aliud censuale sive censum unius denarii dicte monete cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum que vobis
faciunt et prestant heredes bernardi puig quondam sutoris pro quadam pecia terre in dicto loco vocato afuya sita Quam tenet per vos ad dictum censum unius denarii anno quolibet predicto festo sancti Michaelis solvendi Prout terminatur ab oriente In honore bernardi Joannis a meridie cum dicto torrente
partim et partim In honore den salamo ab occidente In honore heredum bernardi mergarit et a circio in camino ibi transeunte Item totum illud aliud censuale sive censum decem octo denariorum cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum que heres bernardi mergarit vobis facit et
prestat pro quadam pecia terre sita in dicto loco vocato afuya Et tenet per vos ad dictum censum decem octo denariorum anno quolibet predicto festo solvendorum Prout terminatur ab oriente cum honore dicti bernardi puig a meridie cum dicto torrente ab occidente in honore den salamo del mas et a circio
in honore den cabertas Item totum illud aliud censuale sive censum quatuordecim denariorum cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum que Joannes castell vobis facit et prestat anno quolibet pro quadam pecia terre sita in eodem loco Et tenet per vos ad dictum censum quatuordecim
denariorum anno quolibet predicto festo sancti Michaelis solvendorum Prout terminatur ab oriente cum dicto torrente a meridie in honore dne Yolantis vidue Joannis serra quondam ab occidente in quadam pecia terre vocata dela olineda et a circio In tenedone den maganer Item totum illud aliud censuale sive
censum duorum solidorum cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum que predictus Matias dorinsa anno quolibet vobis facit et prestat pro quadam pecia terre sita in predicto loco vocato afuya Et tenet per vos ad dictum censum duorum solidorum anno quolibet predicto festo sancti Michaelis solvendorum
Prout terminatur ab oriente in dicto torrente a meridie in quodam honore dicti mansi dela fabrega ab occidente in podio desaolineda et a circio In honore heredis Nicolay lobet Item totum illud aliud censuale sive censum decem octo denariorum cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum que
heres Nicolay lobet vobis facit et prestat anno quolibet pro quadam pecia terre sita in prefato loco vocato afuya Et tenet per vos ad dictum censum decem octo denariorum anno quolibet predicto festo solvendorum Prout terminatur ab oriente in dicto torrente a meridie In honore Marie do-
rinsa ab occidente cum dicto podio desa olineda et a circio In honore dicte dne na serra Item totum illud aliud censuale sive censum quatuor solidorum predicte monete cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum que Franciscus canyells anno quolibet vobis facit et prestat pro quadam
pecia terre in prefato loco afuya sita Quam tenet per vos ad dictum censum quatuor solidorum anno quolibet predicto festo sancti Michaelis solvendorum Prout terminatur ab oriente in dicto torrente qui ibi est a meridie In honore Petri sentpa ab occidente in honore bernardi strayre et
a circio In honore den arnuffat Item et totum illud aliud censuale sive censum duorum solidorum predicte monete cum toto dominio firma fatica et alio quolibet iure ipsorum que Joannes planes anno quolibet vobis facit et prestat pro quadam pecia terre sita in dicto loco vocato la fabrega
Et tenet per vos ad dictum censum duorum solidorum anno quolibet predicto festo sancti Michaelis mensis Septembris solvendorum Prout terminatur ab oriente in alia honore vestra a meridie in dicto torrente del salamo ab occidente partim in tenedone Jacobi stelsana mediante camino
quo itur al salamo et partim In honore Valentini Longe Et vos omnia predicta censualia sive census tenetis prout predicti vestri antecessores tenuerunt scilicet quoad terciam partem ipsorum pro indiviso factis inde tribus equalibus partibus sub dominio et alodio ecclesie beate Marie dicte bille Calidarum
et predicti sui honoris Archidiaconi basten in ecclesia barchinone nomine dicte ecclesie Calidarum Et quo ad residuas duas partes per me dictum Petrum dolzinells succedentem in bonis predicti Raymundi de arnerio quondam predicte bille qui Raymundus de arnerio succedebat in hereditate et bonis Francisci
porrelli quondam eiusdem bille ad censum unius quarterii olei boni mundi et receptibilis mensure dicte bille Calidarum anno quolibet solvendi in predicto festo sancti Michaelis mensis Septembris Et ego dictus petrus dolzinells ut successor predictus teneo videlicet duas partes ex predictis duabus
partibus factis inde quatuor equalibus partibus pro indiviso sub dominio et alodio ecclesie biren et eius benef. prepositi mensis Junii et tercia parte sub dominio et alodio domus sancte Marie de manlleu diocesis biren et eius benef. sacriste nomine eiusdem Et residuam quartam partem habeo et
teneo ut successor predicti Raymundi de arnerio per francum proprium et liberum alodium Et est certum quod dictus honor Archidiaconatus basten et vicarius perpetuus dicte bille Calidarum recipiunt et recipere debent et consueverunt de fructibus predictarum peciarum terre Terciam partem [illegible] et
Decimam partem Tercie spiritualis et totam primiciam et etiam de fructibus olivarum que in ipsis peciis terre erunt quartam [illegible] et de aliis olivariis que deinde in eisdem peciis terre plantabuntur Septa pars prout hec omnia [illegible] et dederat [illegible] instrumento [illegible]
[illegible] terre vobis [illegible] non faciatis vos nec vestri aliquem dnum seu dominos nisi tantum dictum [illegible] guasch archidiaconum predictum principale mei dicti andree terragona et successores suos in predicto archidiaconatu et me dictum Petrum dolz[illegible]
[illegible] sacristam de manlleu [illegible]
[illegible] tamen vobis et vestris post dies [illegible] ex quo in dictum dnum bernardum guasch archidiaconatum predictum et successores suos in eodem archidiaconatu et me dictum Petrum dolzinells et successores meos fatichati fueritis predicta que vobis laudamus approbamus ratificamus [illegible]
vendere aut aliter alienare vestris tamen consimilibus et vestrorum Salvis tamen semper tam michi et successoribus predictis que vobis Laudamus approbamus ratificamus et confirmamus et censibus supra designatis quam michi semper predictis peciis terre super quibus predicta censualia sive census recipiuntur censu predicti
unius quarterii olei annuatim predicto festo sancti Michaelis mensis Septembris michi dicto petro dolzinells solvendi ac iure dominio firma et faticha Triginta dierum dicti dni bernardi guasch principalis mei predicti andree terragona et successorum suorum in predicto archidiaconatu ac etiam dicti Petri dolzinells et meorum
in predictis successorum Et salvo etiam semper [illegible] iure dominio firma et faticha Triginta dierum predicte ecclesie biren et predicti ben. prepositi mensis Junii [et dicti sacriste de manlleu et suorum successorum] Et salvo etiam laudimio sive terno pro predictis inde competenti Pro huiusmodi vero laudatione approbatione ratificatione et confirmatione dedistis et solvistis nobis
et confitemur nos a vobis habuisse et recepisse Novem solidos monete barchinonensis Et ideo renunciando exceptioni pecunie non numerate et non solute et dolo malo et actioni in factum et omni alii iuri rationi et consuetudini contra hec repugnantibus Volentes et consentientes ac concedentes vobis quod presens
instrumentum sit et cedat vobis et vestris loco carte precarie premissorum Quia prout vos asseruistis a etiam iurastis in anima vestra per dnum deum et eius sancta Quatuor evangelia manibus vestris corporaliter tacta vos non habetis nec habere potuistis nec recepistis nec recipere potestis aut poni
istis instrumenta aliqua aut alia documenta nova nec vetera debite et legittime facienda propter quod nec scitis ubi sint licet inquirendo ea de certo et solerte adhibueritis diligentiam et quod sine dolo malo vel fraude fecistis quominus ipsa haberetis sit quod tenera eorum hostensio vel exhibitio est vobis impossibilis
Et si forte de retero instrumenta ipsa inveneritis et per ea aut alias appareat vos debere facere et prestare de predictis aliquos maiores census aut alia iura quam sit dictum ea facietis et prestabitis dicto archidiaconatui et michi dicto Petro dolzinells et meis presenti instrumento in aliquo non obstante
Nonnulli volumus quod de huiusmodi instrumento fiant tria publica consimilia originalia instrumenta quorum unum dicto dno bernardo guasch archidiacono predicto et dictis suis successoribus alterum michi dicto Petro dolzinells et meis et alterum vobis tradatur per notarium infrascriptum Actum est hoc barchine
Sexta die mensis Augusti anno a nativitate dni Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo quarto Sig+num Andree terragona predicti Qui hec dicto nomine Laudo et firmo die et anno prime dictis presentibus testibus discretis Andrea balagueri presbitero beneficiato in sede et Paulomarata
[predictis die et anno]
presbitero barchine Sig+num Petri dolzinells predicti Qui hec laudo et firmo presentibus testibus discreto Marcho canall notario predicte bille Calidarum de montebovino et Jacobo bnada als cellers cive barchinone

Ego damianus ferreres [illegible] baccallarius [illegible] mensis Junii Sedes biren [illegible] firmo [illegible] domini [illegible] mei et successorum meorum in [illegible] salvis [illegible]

Impon. dt. Joannis ferrer nott. publ. Barna

1474